tus ⁊ q̄b9 nō ꝯuenit infert plura nocumēta. Inducit enī plus debili-
tatē oī alia euacuatiōe ⁊ appetitiue deſtructionē ⁊ oculoꝝ ꝯcauitatē ⁊
cerebri ⁊ ſenſuū in eo ſituatoꝝ debilitatē. Corpa aūt hn̄tes ſicca: a coi
tu cauē debēt vt ab inimico mortali q̄ ſi q̄s multū vſus fuerit ethicā
incurret. Etiā ꝯualeſcētes ⁊ debiles ⁊ macri ⁊ q̄rū ventres ⁊ ilia ſubti
lia ſūt: ⁊ q̄rū nerui ſūt debiles ⁊ vene ſtricte coitū oīno euitare debēt.
Coitus enī multꝰ ⁊ frequēs neruis nocet ⁊ oculos ledit ⁊ vires cor-
poꝝ deſtruit ⁊ ad ſeniū cito adducit: vn̄ parū ꝯpetit ſenib9. Corpa aūt
fortia ⁊ groſſa ſanguīe plena: ⁊ venas amplas: ⁊ colorē rubeū habētia
⁊ pilos multos ſūt ſufficiētia ad actū coeūdi: ⁊ ſpālit̄ in fine adoleſcē-
tie ⁊ maxime ſi vtanꝛ nutriētib9 ⁊ augmētantib9 ſperma ⁊ bibūt vinū
dulce ⁊ groſſum ⁊ multū dormiāt. Et eſt diligent̄ notandū: ꝙ coitus
q̄ ꝯuenit in ſanitatꝫ regimīe dꝫ eſſe a ſano deſiderio ⁊ naturali qđ q̄dē
deſiderium non excitat appetitus aut intuitꝰ aut pruritus aut ardor
aut fortis imagīatio: ſed cōmouet ipm̄ multitudo ſpermatꝫ ex reple-
tione: cū ſpū ventoſo: ⁊ ad h̄ iuuat ſanitas vtutꝫ. Debet aūt q̄s in tātū
vti coitu ꝙ eius appetitꝰ ꝯforteꝛ ⁊ ſentiat ſe leuiorē ⁊ magꝫ gaudentē.
Nō dꝫ aliq̄s vti coitu corpꝑe repleto cibo: vel poſt cibum īmediate ſicꝫ
nec tūc eſt exercitādū: nec corpꝑe exiſtēte multū famelico. Hoc enī ma
gis eſt ꝑnecans calorē naturalē ⁊ magꝫ attrahēs liq̄factionē ⁊ ethicā
ex arefactionē. Et ſi ꝯtingat aliquē īmediate coire poſt cibū oportet
ꝓus ipm̄ moueri paulatim vt cib9 deſcēdat ⁊ nō natet: deinde dormi-
at. ¶ Hora aūt coeūdi eſt poſt ꝯplemētū ꝑme ⁊ ſecūde digeſtiue: ⁊ ter
tia iam inchoata: ⁊ dꝫ expleri coitus ante exercitiū ⁊ fricationē. Et ſi
aliq̄s in ꝑncipio noctꝫ eſſet in tali diſpoſitiōe tūc eſſet hora ad coitū
ꝯuenientiſſima. Nā ſomnꝰ ſuccedit ei longꝰ ⁊ accreſcit cū eo virtus et
ſemē figiꝛ in mr̄ice: ⁊ ſic ꝯceptio fit facilior ⁊ ex coitu mīor induciꝛ de-
bilitas. Ampliꝰ qui vult coire nō debet eſſe vehement̄ calefactꝰ nec in
frigidatꝰ licet poſt calefactionē minꝰ noceat q̄ꝫ poſt infrigidationem.
Amplius coitus euitari debet poſt oēs euacuatiōes fortes: ſicut poſt

vomitū ⁊ fluxū ventris ⁊ fleubothomiā ⁊ poſt fortes mot⁹ corporeos. Et ſimilit̄ poſt fortē iram vel triſticiā vel poſt forte gaudiū ⁊ ſimiliter cū inſtat tp̄s emiſſiōis ſtercoris ⁊ vrine. Amplius mulieres p̄gnātes dubitātes oborſum: euitēt coitū: ſicut p̄us dixi. Ampli⁹ in actu coeūdi nullo modo retineat̄ ſperma nā hoc p̄ducit ad deſtructionē vnius vel duoꝝ teſticuloꝝ. Amplius diligent̄ eſt notandū: ꝙ in coitu ſūt figure incōueniētes ⁊ ꝯtra legē ⁊ mores ex q̄b⁹ corpa p̄nt incidē ī maximū nocumētū: ſicut ſi aſcendat mulier ſup̄ virū mala ē figura: ex ea ei timet̄ inflatio ⁊ vlceratio virge ⁊ veſice ꝓp̄t laborē eiectiōis ſpermatis et dubitat̄ curſus alicui⁹ in virgā ex p̄te mulierꝫ. Hec igit̄ coitus figura penit⁹ eſt fugiēda. Cōuenientē aūt figurā coeūdi ⁊ vtilē ad ꝯcipiendū dixi in .c. de regulis appropriatꝫ ſexui feminco. Ampli⁹ ſcias ꝙ coitus cū infantib⁹ ⁊ maſcul̄ eſt fedus ⁊ abomīabil̄ in lege ꝓhibitus ⁊ ex vna p̄te eſt nocibilior ⁊ ex alia min⁹ nociu⁹. Nocibilior q̄dem q̄ natura indiget in tali coitu motu plurimo vt ſperma educat̄: ⁊ min⁹ nociuus eſt q̄ min⁹ expellit̄ de ſpermate q̄ȝ cū muliere ⁊ cū minori delectatione. Eteni delectatio maḡ in coitu vna ē de cauſis inducētib⁹ debilitatē: ⁊ ideo q̄ plus in coitu delectant̄ plus debilitant̄.

## Capitulū. VI. De comeſtis ⁊ bibitis.

Ordo naturalis expoſtulat vt poſt p̄dicta determinet̄ de comeſtis ⁊ bibitꝫ ſiq̄dem poſt exercitiū ⁊ balneū ⁊ coitum cib⁹ eſt neceſſari⁹ ſimilit̄ ⁊ potus. Primo igit̄ determīabit̄ de cibo ⁊ potu in ḡnali. Scd̄o autē de ſingulis manerieb⁹ ciboꝝ ⁊ potuuꝫ in ſp̄ali vt nr̄a doctrina ſit ſufficiētior ⁊ vtilior. Poſt enī exercitiū coitū ⁊ balneū corpus remanet inanitū cui debet̄ refectio. Unde videm⁹ ꝙ p⁹ talem inanitionē ſequit̄ cibi appetitus ⁊ deſiderium. Naturalis eniꝫ appetitus incipit ab inanitione membrorū ⁊ terminat̄ ad inanitionē factam verſus orificiū ſtomachi ad quā ſequit̄ ſenſus talis inanitionis que fames appellat̄ ⁊ deſideriū. Et huiuſmodi fames inducit̄ ad oſtendenduꝫ neceſſitateꝫ cibationis. Poſt hoc ergo deſideriū non eſt tardanda cibatto eo ꝙ famē tolerare: ſtomachum replet malis humoribus. Attrahit enim ſtomachus ex vicinis partibus q̄ retinent quod melius ⁊ vtilius eſt: ⁊ dimittūt abire qd̄ peius eſt ⁊ inutile. Unde videmus manifeſte ꝙ famē tolerantes multas aquoſitates emittūt ab ore ⁊ ſatis cito deſinit eorum appetitus ꝓpter repletionē malam ⁊ innaturalem in ſtomacho cauſatam. Unde appetitu deficiente non eſt comedendū ſed accipiendū iulex vel ſyrupum acetoſum vel aquam calidam ⁊ tantum eſt ieiunandū donecꝫ appetitus venerit vel excitetur et redeat: quibus recte peractis commeſtio ſubſequi debet. Et eſt valde cauendum ne ſtomachus adeo repleatur ꝙ tendatur ſiue torqueatur ⁊ multum grauetur ⁊ anhelitus anguſtietur ⁊ pulſus velocitetur

Et ſimiliter repletio nauſeatiua ⁊ faſtidium inducens multū eſt eui
tanda ⁊ ſpālr̃ ex malis nutriētibꝫ. Nā ſi faſtidiū ſit ex groſſis nutrien
tibꝫ ꝓueniūt iūcturarū dolores ⁊ renū et podogra et aſma et groſſi-
cies ſplenis et epatꝭ et vniūſalr̃ egritudīes fleumatice et melancolice
Et ſi faſtidiū ſit ex hūoribꝫ ſubtilibꝫ ꝓueniūt febres acute et maligne:
et apoſtemata multū acuta. ¶ Multū igr̃ euitāda ē repletio nauſea
tiua. Non igr̃ tm̄ eſt comedendū qn̄ locus remaneat vacuus in ſto-
macho: nec ex toto debꝫ deſideriū ſopiri: ſꝫ retinē debēt aliq̄ reliquie
appetitꝰ et h̄ ſpālr̃ eſt obſeruādū in hn̄tibꝫ appetitū forte. Sūt eni qui
dam q̄rū appetitꝰ naturalr̃ multū ſopitꝰ eſt. Et iſti forte plus debent
comedere q̄ꝫ appetūt. Et in h̄ multū ꝯſiderāda ē exꝑientia ꝯſiderando
ſubtilr̃ q̄ꝫtitatē cibi quā aliq̄s ꝑfecte pōt digerere ſm̄ plures dies. Nā
q̄ꝫtitas offerēdoꝝ nō pōt certꝭ lr̄is denotari. Et ſi aliq̄s forſan hāc re-
pletionē nauſeatiuā incurrat ſtatim euomat. ¶ Et ſi forſan euomere
nō poſſit ſomni et exercitij incremētū recipe dꝫ. Et ſumēda ſūt q̄ ven-
trem ſoluūt: et ſeq̄nti die parū ſumēdū eſt de cibo. Amplꝰ multū ꝯſi-
derari debet ꝙ appetitꝰ non ſit ebrioſi vel faſtidioſi. Talis eni appeti-
tus nō eſt ꝑco ſuſcipiēdi cibū: vn̄ recurrendū eſt ad alia ſigna .ſ. ꝙ ſen-
tiat ſtomachuꝫ vacuū et ꝙ expulſe ſint egeſtiōes cibi prioris et ꝙ vri-
ne ſint digeſte. His eni apparētibꝫ tp̄s eſt recipiēdi cibū dato ꝙ nō vi-
geat appetitꝰ et ſpālr̃ ſi aduenerit hora in q̄ ꝯſueuit cibari et non acci-
derit error in priori cibo vel in aliqua qͦ digeſtionē impediuerit prio
ris cibi. Et eſt diligenr̃ notandū ꝙ quidā ſunt indigētes plurimo ci-
bo et quidā pauciori et q̄dam mediocri. Nam habētes calorem forteꝫ
et corpus magnū et multū exercitātes et vniūſalr̃ habētes virtutes
naturales cibatiuas fortes indigent multo cibo. Et per oppoſitū quo
rum calor eſt debilis et corpus paruū et virtutes cibatiue ſunt debi-
les ⁊ parū laborātes indigēt pauco cibo. Et mediocres inter iſtos in-
digent mediocri cibo. Hoc igr̃ eſt qͦ poteſt declarari de cibi q̄ꝫtitate
per rationē. Non tamen debet ꝑtermitti exꝑientia ſicut prius de fri-
catione et exercitio dictū eſt: ⁊ ſicut dictū eſt de multo et pauco ſic ſuo
modo intelligar̃ de ſubtili et groſſo. Nam habētes calorē fortē et mē-
bra dura et virtutes cibatiuas fortes et multū laborātes indigent ci-
bis groſſioribꝫ cuiuſmodi ſūt carnes bouine porcine et anatū et ſimi
lia. Et per oppoſitū quoꝝ membra ſunt debilia: mollia: hūida ⁊ rara:
⁊ calor debilis: indigent cibo ſubtili cuiuſmodi ſūt oua ſorbilia et aq̄
carnis. Et mediocres indigent mediocri cibo. Etiam dico ꝙ quidam
ſunt indigētes cibo multi nutrimēti: quidā pauci: quidaꝫ mediocris.
Hoīes macilēti quoꝝ calor eſt multū reſoluēs et laborātes multuꝫ
indigent cibo multū nutriēte cuiuſmodi ſūt oua ſorbilia et oua du-
ra et aq̄ carnis. Et per oppoſitū hoīes pingues pleni fleumate habētes
carnes hūidas nō multū laborātes ⁊ hn̄tes calorē obtuſum et lentū:

indigēt cibis pauci nutrimēti cuiuſmodi ſūt olerū genera ⁊ fructuū ⁊
caſeus: ⁊ mediocres indigēt mediocri: ſicut enī ſe habꝫ extremū ad ex
tremū ita mediū ad mediū. Amplius ſciendū eſt ꝙ oēs hoīes indigent
cibo boni nutrimēti. Unū ſi aliqs vtatur cibis mali nutrimēti quāuis ei for
ſan in pñti nō noceāt vel ꝓpter ꝯſuetudinē vel virtutū fortitudinē et
digeſtiue bonitatē: impoſterū tamē ad malas veniet egritudīes. Qui
dam tñ ſunt qui ꝓpter ꝯſuetudinē ⁊ q̄ndā nature ꝓportionabilitateꝫ
p̄ eligere debent cibū parū deteriorē. Unde ſi qs ꝯſuetus ſit vti malo ci
bo non ſubito debet mutare ꝯſuetudinē ſed paulatim. Qđ ſi forſan cō
ſuetudinē mutare non poſſit ꝓpter aliquā cauſam ſpecialē bonū eſt ꝙ
ſollicitus ſit in purgādo hūores q̄ generantur a tali cibo ⁊ ſic p̄ſeruabitur ab
infirmitate. Si aūt cibus ꝯſuetus ⁊ deſideratus non ſit malicie notabil'
non mutetur. Nam maliciā paruā corrigit natura bonitate digeſtiōis
et longitudine ꝯſuetudīs. Sed ſi fuerit malicia notabil' ⁊ mag̃ nō eſt
corrigibil' a natura. Unde falſum opinantur credētes malū cibum no=
tabilit' longitudīe tempis ⁊ bonitate appetitiue poſſe corpus in ſani/
tate debita ꝯſuare ſine opationū ſenſibili leſiōe. ¶ Dicamus igitur reca=
pitulātes d' ꝯpoſitꝫ qđ ī ſimplicibꝫ dictū ē ꝙ q̄dā ſunt indigētes cibo mul
ti nutrimēti facilis digeſtiōis ⁊ boni chymi cuiuſmodi ſūt oua ſorbi=
lia ⁊ aque carnis ⁊ vinū odoriferū ⁊ ſubtile. Et talia cibaria compe/
tunt hñtibꝫ digeſtionē debilē ⁊ a quoꝝ corpibꝫ facta eſt plurima reſo/
lutio cuiuſmodi ſūt ꝯualeſcētes ⁊ indigētes augmēto ⁊ vniūſalit' de/
bilem digeſtiuā hñtes: ⁊ quoꝝ corpa ſunt multuꝫ reſolubilia ⁊ calore
extrinſeco ⁊ intrinſeco. Alij ſunt qbꝫ competūt cibi multi nutrimenti
et difficilis digeſtiōis: boni chymi cuiuſmodi ſūt caro ānualis agni ⁊
oua dura ⁊ ſimilia. Hec enī competūt hoībꝫ quoꝝ calor eſt fortis val
de ⁊ multū exercitātibꝫ ⁊ hñtibꝫ fortē digeſtiuā ⁊ mēbra dura ⁊ ſpiſſa
Eſt autē tertiū mēbꝝ his ꝯtinuū qđ nullis ꝯuenit iudicio meo puta
cibus multi nutrimēti facilis digeſtiōis ⁊ mali chymi puta caro cīgna
et anatū ⁊ vaccina. Sūt etiam alia cibaria q̄ ſunt difficilis digeſtio/
nis ⁊ mali chymi ⁊ pauci nutrimēti que etiā in ſanitatꝫ regimīe nō cō/
ueniūt ⁊ huiuſmodi eſt caro ſolita ⁊ ſalſi piſces. Amplius ſunt q̄daꝫ in=
digentes cibis facilis digeſtiōis ⁊ pauci nutrimēti ⁊ boni chymi cuius
modi ſunt lactuca ⁊ malag̃nata ⁊ ſimilia. Et hec cibaria cōpetūt cor=
poribꝫ repletis ⁊ hūidis: debilē digeſtiuā habētibꝫ a quoꝝ corpibꝫ nō
multa ſit reſolutio hñtibꝫ tamē appetitū bonū. Sūt etiaꝫ alia cibaria
que ſunt ſubtilis nutrimēti ⁊ nō multi ⁊ mali chymi que non compe=
tunt in regimīe ſanitatꝫ cuiuſmodi ſunt pulmo ⁊ caro aīaliū de vtero
nouiter egredientiū. Amplius eſt ꝯſiderāda cibarioꝝ q̄litas actualis ⁊
ṽtual'. Actualis q̄dē q: in hyeme recipiuntur cibaria actu calida ⁊ ī eſta
te frigida ⁊ ī mediocribꝫ tpibꝫ mediocria. Et ſimilit' intelligatur de vir/
tuali q̄litate. Nā calida ṽtualit' ꝯpetūt ī hyeme: ⁊ frigida ī eſtate: ⁊ in

temꝑib⁹ mediocrib⁹ mediocria. Amplius q̃ multũ lapſi ſunt in cali-
do: indigẽt cibis frigidiorib⁹ ⁊ econtra. Et ſimilit̃ intelligat̃ in alijs q̃-
litatib⁹. ¶ Ampli⁹ dico ꝙ illa que poſſunt eſſe cauſa corruptiõis dige
ſtionis ſunt euitãda: puta voracitas cõmeſtionis ⁊ mala maſticatio:
ferculoꝝ multa interruptio diuẽſoꝝ ciboꝝ ⁊ potuũ in eadẽ mẽſa ſum-
ptio: ⁊ multa potatio: ⁊ mala ciboꝝ ordiatio puta ſi groſſa cibaria re-
cipiant̃ ante ſubtilia: nam ex h̃ corrũpit̃ digeſtio: nã ſubtile digerit̃ añ
groſſum ⁊ nõ hñs exitũ in ſtomacho ꝑmanet plus debito ⁊ ſic in ſto-
macho corrumpit̃ ⁊ aliũ cibũ nõdũ digeſtũ corrũpit. Unde rõnabili-
us eſt ꝑmo recipe ſubtilia cibaria ⁊ poſt groſſa. Si eni digerant̃ ante
groſſa deſcendẽt a ſtomacho ⁊ groſſa remanebũt in ſtomacho vſq; ad
ꝑfectã digeſtionẽ. Nam via que patet ſubtiliori non patet groſſiori.
Sed hic eſt diligent̃ notandũ: ꝙ ſi aliqs parũ comedere velit de groſ-
ſiorib⁹ ⁊ multũ repleri de ſubtiliorib⁹ tũc puto rõnabili⁹ eſſe ꝑtermit-
tere cibaria groſſa. Naꝫ in pauca q̃ntitate eque cito digeri pñt ſic ſub-
tilia in mag q̃ntitate. Unde in tali caſu nõ eſt incõueniẽs ꝑmittẽ groſ-
ſa. Si qs aũt ſciret ꝓporcionare paſſum ad agens vniformit̃ ita ꝙ tan
ta eſſet diuẽſitas inter groſſum ⁊ ſubtile: ſicut ẽ inter calorẽ fundi ſto-
machi ⁊ ei⁹ oris tũc melius eſſet ponẽ groſſum in fundo ⁊ ſubtile in
orificio: ſed qꝛ hoc q̃ſi eſt impoſſibile ⁊ error q̃ põt ꝯtingẽ premittẽdo
ſubtile eſt minor ⁊ magis corrigibil̃: ideo ſubtilis ꝑmittẽdus eſt groſſo
¶ Amplius ꝯſiderandũ ꝙ cibus prim⁹ nõ ſit lubrificatiu⁹ nã poſtq̃
erit digeſtus vel ante digeſtionẽ trahet ſecũ alium cibum indigeſtuꝫ.
¶ Amplius eſt aduẽtendũ: ꝙ in ꝑncipio non ſumãt̃ fruct⁹ ſtiptici pu-
ta coctana meſpila: nam ex hoc poſſit impediri deſcenſus cibi a ſtoma
cho. Unde verum ẽ ꝙ habentib⁹ ventrẽ fluxibilẽ interdũ talia compe
tũt in ꝑncipio cõmeſtiõis. Et vniũſalit̃ ꝯſiderãdũ eſt ꝙ ſanitatiſ ꝯſer-
uator nec fructib⁹ nec olerib⁹ vti debet niſi in pauca q̃ntitate. Generãt
eni ſanguinẽ aquoſum vaporoſum ⁊ putrefactiõi aptum. Si tamen
fructib⁹ vti ꝯtingat in ſanitatis regimine fructus ſtiptici ſunt poſtpo-
nendi alijs cibis ſicut coctana: pira: amygdala: caſtanee: meſpila: aui-
lane. Et fructus laxatiui ſunt ꝑmittẽdi: puta vua: ficus: pruna: pſica:
mora ⁊ ſimilia: nec poſt tales fructus eſt imediate comedẽdus alius
cibus ſed parum imorandũ ⁊ ſupbibendũ aliquid ſubductiuũ ventriſ
puta mellicratũ vel vinũ dulce vel aliqđ brodiũ ſubductiuũ. Tales
autem fructus maxime competũt his qui aliq̃lem eſtuationẽ ſentiũt
in ſtomachis eoꝝ vel ꝓpter naturalẽ complexionẽ vel ꝓpter laborẽ vl̃
balneũ vel aliqualẽ infirmitatẽ. Nolum⁹ autem plus loqui de fructi
bus: quia de his inferius ſpecialit̃ loquet̃. ¶ Amplius ſcias ꝙ in regi
mine ſanitatis non multũ competunt ſapoꝝ diuerſoꝝ delectamenta
ex quibus homo plus de cibo recipit q̃ꝫ deberet: vnde talia ſapoꝝ de-
lectamẽta plus ꝯueniũt egris q̃ꝫ ſanis. ¶ Amplius ſcias ꝙ in regimĩe

ſanitatꝫ non competit aliqͦd medicinale niſi forſan ad p̄ſeruandū ſed
non ad ꝯſeruandū. Nam ſicut de ꝓprietate cibi ē ꝯſeruare ſic de ꝓprie
tate medicine eſt alterare. Caueat igitur ſanitatꝫ ꝯſeruator ne vtatur
aliquo ſapiente naturā medicinalē ad ꝯſeruandū licet bene ad p̄ſer-
uandū. ¶ Amplius hora cōmeſtiōis eligatᷣ frigida: ⁊ ſi non ſit poſſibi
le eligatᷣ locus frigidus ⁊ ſint hore cōmeſtiōis tales ꝙ poſt eas homo
poſſit quieſcē ⁊ tandem dormire. Non etiam īmediate poſt cibū eſt ex
ercitandū ſed p̄mitus quieſcendū ⁊ dormiēdū non tamē vituꝑatᷣ ſed
laudatᷣ lenta poſt cibum deambulatio ante ſomnū vt cibus deſcēdat
ad fundū ſtomachi in quo fit cibi melior digeſtio. Qͦd autē iuuat ad
cibi digeſtionē eſt p̄mitus parū dormire ſuper dextrū latus vt cibꝰ de
ſcendat ad fundū ſtomachi deinde longiori tempore ſuper ſiniſtrū vt
digeſtio ꝑficiatur. Nam decubitus ſuꝑ ſiniſtrū latus plus ꝯfert dige-
ſtioni omni alio decubito. In hͦ enī decubitu epar amplexatᷣ cibū in
ſtomacho ſicut gallina ouū in pulli gñatiōe: ⁊ ſic cibus in ſtomacho ꝑ
fectius digeritᷣ. Sed in fine ſomni iterū iacendū eſt ſupra dextrū vt
facilius cibus tranſeat ex ſtomacho ad epar ⁊ ſuꝑfluitates digeſtiōis
p̄me facilius deſcēdant. Et ē diligentᷣ notandū: ꝙ ſi ꝯtingat aliquem
a ꝓpoſito vel caſu recipe cibum alicuiꝰ male q̄litatis: puta acetoſum
vel ſalſum vel ponticū ſatis ē rationabile poſt eundem recipe cibum
q̄litatis ꝯtrarie ad corrigendū maliciam primi: verbi gr̄a ſi quis reci
piat cibaria acuta vel ſalſa ⁊ poſt talia recipiat ante coꝝ digeſtionem
res humectātes ⁊ dulces vel ſaporē non habētes erit ꝯueniēs regimē
ſimilitᷣ intelligatᷣ in alijs. ¶ Ampliꝰ ſumoꝑe ē cauendū ꝙ poſt cibum
digeſtione inchoata non bibatᷣ aq̄ vel vinū in q̄ntitate notabili. Hoc
enī eſt de his qui digeſtionis ebulitionē interrumpūt: ſicut patet in po-
to bulliente ſi ſuꝑinfundatᷣ aqua frigida: nā ab ebulitiōe deſiſtit. Nō
eſt igitur bibendū donec cibꝰ de ſtomacho deſcēdat. Qͦd ſi ſitis neceſſi
tatē inferat modicū aque ſugēdo paulatim bibat. Et q̄nto plus fuerit
frigida tāto minꝰ de ea ſufficiet. ¶ Ampliꝰ ſcias ꝙ bibē vinū poſt ci-
bū digeſtiōe iam inchoata facit cibū deſcēdē de ſtomacho indigeſtū:
et facit accidē opilatiōes ⁊ earū egritudīes ⁊ ſimilitᷣ putrefactionem.
¶ Ampliꝰ ſcias ꝙ vehementᷣ famelicus non debet p̄ recipe cibū ſubti
lem: qͦd ſi ꝯtingat ſtomachꝰ terrebitᷣ a groſſo nec poſtea groſſum reci-
pere aut digerere pōt: ⁊ ſic cibꝰ groſſus corrumpetᷣ. In tali igitur caſu
p̄mittēdꝰ ē cibꝰ groſſus paulatī añ ſubtilē: nō ei poſtea terrebitᷣ ſtoma-
machꝰ a ſubtili. Cā aūt huiꝰ accidētꝫ ē ex eo ꝙ ī ſtomacho vehementᷣ
vacuo ⁊ ianito ē calor intēſus cui cibꝰ ſubtilᷣ nō ē ꝓporcionatꝰ. Vñ re-
cepto cibo ſubtili ꝓpᷣ ſtomachi forte deſideriū ⁊ cibi ſubtilᷣ paucā reſi
ſtētiā diſꝑgitᷣ cibꝰ ad oēs ꝑtes ſtomachi ⁊ ſic q̄dā repletio fantaſtica cā
bitᷣ: ⁊ ſic os ſtomachi claudetᷣ ⁊ terrebitᷣ natᷣa a cibo ſuꝑueniēte groſſo ni
ſi tm̄ interueniat ſpaciū ꝙ p̄dicta repletio fantaſtica ſedetᷣ q̄ non cauſabitᷣ

ſi cibꝰ groſſus recipiaꝛ primitꝰ in ſtomacho vehement vacuo ⁊ fameli
co. Nam cibus groſſus non diſpergiꝛ ꝓpter eiuſ inobediētiā ad ſingu
las ꝑtes parietū ſtomachi ſicut diſꝑgebaꝛ ſubtilis. ¶ Ampliꝰ ſollici-
tandū eſt in numero comeſtionū: ⁊ in hoc ē multū ꝯſiderāda ꝯſuetu-
do ⁊ obſuāda vł paulatī ſi ſit mala, omittēda. Qui igiꝛ in die ſemel co
medere ꝯſueuit non ſubito ſe trāſferre debet ad duas cōmeſtiōes: nec
econtra: ſubita enī mutatio nocet. Et in hoc multū ꝯſiderare dꝫ me-
dicus: verū expimentū illud qđ pōt ratione ſciri: hic breuiꝛ eſt dicēdū
Quidā enī ſunt qbꝰ vnica comeſtio in die naturali videꝛ ſufficē: Ver-
bi gr̄a quoꝝ virtutes ſunt ſatis fortes ⁊ mēbra nō multū reſolubilia.
Et parū exercitātes ſe ⁊ qui ſufficiētē cibū vnica comeſtiōe ſumē poſ-
ſunt: ⁊ in hūorib̄ fleumatic habēt abūdantiā. Et vniūſaliꝛ q̄rū cor-
pora hūida ſunt ⁊ cū hoc cibaria qbus vtunꝛ ſint aliq̄liꝛ groſſa ⁊ vi-
ſcoſa ⁊ multū nutriētia ⁊ nō faciliꝛ reſolubilia. Talibꝰ enī ſufficit cibꝰ
ſemel in die naturali: niſi ꝯſuetudo ſit ad ꝯtrariū. Sūt aūt aliꝗ qbus
non ſufficit vnica comeſtio in die naturali: ſicut illi quoꝝ virtutes ſꝛ
debiliores ⁊ calor eſt fortis ad digerēdū ⁊ reſoluēdū: ⁊ quoꝝ corꝑa ſꝛ
reſolubilia ⁊ macillēta ⁊ ad ſiccitatē naturaliꝛ vel accidentaliꝛ decli-
nantia ⁊ vtentia cibo ſubtili facile reſolubili ⁊ digeſtibili ⁊ in q̄ꝫtitate
miori ⁊ cū hoc multū exercitātia. His igiꝛ competit bina comeſtio ī die
naturali. Mediocribꝰ vō ⁊ temperatꝫ ſufficit comedē ter in duobus
diebus ſic ꝙ inter vnam cōmeſtionē ⁊ aliam interueniat ſpaciū ſede-
cim horarū. Sunt autē quidam quibus non ſufficit bina cōmeſtio
ī die naturali. Sꝫ debent cibari ter vel quater in die: ſicut ſunt ſenes
a ſenio ⁊ ꝯualeſcētes ⁊ pueri ⁊ vniūſaliꝛ debiles. Seneſ enī ſunt ſicut
lucerna extinctiōi parata. Unde ſi eis cibus nō ſepe admīſtreꝛ calor cō
ſumiꝛ ⁊ extinguiꝛ: ⁊ ſi vna vice multū admīſtreꝛ eoꝝ calor ſuffocaꝛ: vn
de iſti indigent ſepe comedē ⁊ parū. Cōualeſcētes ſūt hmōi: indigent
enī cibo vt deueniāt ad ꝓpriū ſtatū: ſed qꝛ eoꝝ calor eſt debilitatꝰ non
poſſunt multū cibum ſimul digerere. Bonū eſt igiꝛ ꝙ parciaꝛ eoꝝ ci-
bus vt corpus ꝯforteꝛ ⁊ calor naturalis nō laboret in digerēdo ⁊ eadē
ratio eſt in pueris. Complexiōibꝰ igiꝛ hominū ꝯſideratꝫ dicemus ꝙ
fleumatici melius poſſunt ieiunare ⁊ colerici mīme: ſanguinei autem
⁊ melācolici mediocriꝛ niſi ꝙ melancolici magis ſe tenent ex ꝑte fleu-
maticoꝝ: ⁊ ſanguinei ex parte colericoꝝ. Et inter hos oēs temperati
mediocres exiſtūt. ¶ De etatibꝰ etiāꝫ patet ꝙ infantes ⁊ ſpecialiꝛ ani-
moſi minus poſſunt ieiunare ⁊ ſenes a ſenectute maxime ⁊ mediocreſ
ſe habent medio modo. Hec igiꝛ ſunt que ſm̄ rationē dicere poſſumꝰ
de numero cōmeſtionū. Eſt autē diligentꝛ notandū: ꝙ ſunt q̄dam ci-
baria que non ſunt ſimul edēda puta lac ⁊ acetū ⁊ vniūſaliꝛ acetoſuꝫ:
nec lac ⁊ piſces: nec lac acetoſum cū raphano: nec carneſ volatiliū poſt
riſum ꝯditū cū lacte: nec vti debemus oleo vel pinguedine in ꝯdimē-

to ciboꝝ que in erco extiterũt vaſe ¶ Amplius multũ ē ꝯſiderandum
qñ competunt cibaria groſſioꝛa in mane vel in veſpe. Et ſaluo iudicō
melioꝛi puto ꝙ niſi reuma impediat ꝙ veſpere groſſioꝛ cibus ⁊ maioꝛ
in q̄ʒtitate competit ⁊ ſpecialiᷣ ſuppoſita noctiũ longitudie ſufficienti
et ꝙ homo doꝛmiat denocte. Nam digeſtio fit in quiete: et in ſomno
quieſcũt virtutes aīales et foꝛtificanᷣ naturales. In ſomno enī meli=
oꝛ fit digeſtio in ſtomacho in epate et in toto coꝛpe ſed ſuſpecti de reu
mate abſtineant a cena aut parũ cenent et longe a ſomno. ¶ Ampliuſ
diligenᷣ eſt notandũ: ꝙ aliquis volens ſanitatem ꝯſeruare non mul
tum bibere debet: nec in p̄ncipio mēſe nec in medio ſed differre dʒ po=
tum vſqȝ ꝓpe finē cōmeſtiōis et tũc tm̄ bibēdũ ē ꝙ vera ſitis ſedeᷣ. Eſt
autem vera ſitis quedā eſtuatio in ſtomacho cauſata ex cibo recepto
qui habet q̊dāmomo ſtomachũ calefacē et exiccare. Eſt enī fames ap
petitus calidi et ſicci: et ſitis frigidi et hũidi: et qꝛ talis eſtuatio maxi=
me ꝯtingit circa finem cōmeſtiōis: ideo tũc eſt bibendũ et nō ante niſi
parum. Sciendũ autē ꝙ triplex eſt potus: q̊dam enī eſt ꝑmixtiuꝰ: ali=
us delatiuꝰ: et alius ē ſitis delatiuꝰ. Potus igiᷣ ꝑmixtiuꝰ poteſt reci=
pi ſimul cũ ꝑmixtiuo cibo. Unde ſaluo melioꝛi iudicio puto ꝙ talis
potus non debet differri vſqȝ ad finem cōmeſtiōis ſed debet recipi in
p̄ncipio medio vel fine. Et iſte potus maxime cōpetit qñ ſumūᷣ ciba=
ria groſſa actualiᷣ ſicca et virtualiᷣ ſicut patet in laboꝛātibꝫ comeden
tibus panem ſiccũ. Sed potus ſitis ſedatiuꝰ regulariᷣ et in hoībꝫ bñ
diſpoſitis debet differri vſqȝ ad finem cōmeſtiōis: tũc enī eſt vera ſitꝫ
ꝓpter eſtuationē cibi calidi et ſicci. Non enī multũ rōnabile eſt ꝙ ſimlᷣ
vigeat ſitis et fames qꝛ ſunt appetitꝰ ad ꝯtraria. Potꝰ aũt delatiuus
maxime competit cōpleta p̄ma digeſtione et tũc regulariᷣ non ē malũ
bibere vt cibꝫ faciliꝰ trāſeat a ſtomacho ad epar et pꝛepareᷣ ſtomachuſ
ad recipiendũ aliũ cibum: et ſi foꝛſan ꝯtingat aliquē ſitire non p̄cedē=
te cōmeſtione et ſine fame pōt p̄noſticari a medico ſitꝫ illa eſſe innatu
ralis: et in tali caſu interdũ pōt competē ante cibũ: ſed qꝛ ħ exigit limi
tes regimīs ſanitatꝫ nō plus loq̄mur de iſto. Potꝰ aũt q̄ regulariᷣ cō=
petit in regimīe ſanitatꝫ nō eſt aq̄ ſed vinũ vel aliq̄d ꝓpoꝛtionabile vi=
no: puta ceruiſia vel ceruſariũ vel pomeriũ vel mellicratũ vel aliq̄d ſi
mile: q̄bꝫ oībꝫ vinũ eſt meliꝰ. Et qꝛ de his oībꝫ inferiꝰ tractabiᷣ in ſpe=
ciali volo trāſire. ¶ Uinũ aũt q̊ vti debemꝰ ī regimīe ſanitatꝫ non ſit
acutũ nec igneũ nec groſſum nec dulce. Et ī eſtate ſit albũ vel roſeũ: et
in hyeme rubeũ vel ſubꝛubeũ et ſit clarũ et ſubtile et ſapoꝛis amicabilᷣ
et odoꝛis ſuauis. Et ē ħ diligenᷣ notādũ: ꝙ q̊rũdā mgroꝝ opinio eſt
ꝙ magꝫ eligēdũ eſt vinũ debile ſine aq̄ admixtiōe: q̄ʒ vinũ foꝛte cũ aq̄
fractũ: et ſpālīᷣ coꝛꝑibꝫ tempatꝫ colericꝫ ⁊ ſanguineis: ſʒ iſtoꝝ opiniōi
nullatenꝰ acq̄eſco. Nā vina debilia cuiuſmodi ſũt gallicana multũ ſᷣ
coꝛruptibilia: vñ facilime coꝛrũpunᷣ. Et huiꝰ rei ſignũ ē ꝙ ſi vinũ de=

bile gallicanū dimittat̄ in aere ꝑ noctē in mane inuenit̄ coꝛruptū. Vn̄
puto ꝙ vinū foꝛte factū cū aq̄ multa ē ꝯuenientiꝰ i ſanitatꝫ regimīe: ni
ſi caſu in q̄ vinū debiliꝰ nō ſit adeo debile ꝙ ſit nimis coꝛruptibile in
natura ſua ſicut vina gallicana. Ex his igit̄ patet ꝙ nectar nō compe-
tit in regimīe ſanitatꝫ in via potꝰ. Et vniūſalit̄ vina ſapia naturā ali-
cuiꝰ farmacoꝝ vel rōne vaſis vel rōne ꝑmixtiōis. Etiā patet ꝙ vinuꝫ
nouū defecatū ſeu clarificatū magꝫ ꝯpetit i regimīe ſanitatꝫ ꝙꝫ vinum
antiquū. Et ē notādū diligent̄: ꝙ inēdū aliq̄s patit̄ ſitim mēdoſaꝫ in
q̄ nō eſtuat oꝛificiū ſtomachi ſꝫ guttur ⁊ pulmo areſcit ⁊ os ⁊ palatuꝫ
vel ꝓpt̄ puluerē aut motū aerꝫ ⁊ caloꝛē ⁊ ſiccitatē. Et i tali caſu nō ex-
pedit bibē ſꝫ ſufficit gargariſare vinū bn̄ lymphatū aut aq̄ticū ꝓpt̄ par
tes p̄dictas hūectādas: vel ſi magꝫ placet ſuccoſos fructꝰ maſticare ⁊
abijcē vel modicū ſucci deglutire ꝓpt̄ gutturꝫ aſꝑitatē ⁊ ariditatē erit
expediēs. ¶ Ampliꝰ ſcias ꝙ i tali ſiti inēdū iuuat attractio aerꝫ frigi-
di ꝑ os ⁊ nares. Et ē diligent̄ notādū: ꝙ ſm̄ diūſitates ꝯplexiōis eta-
tis ⁊ ſic de ſingul' attēdit̄ diūſitas in admīſtratiōe vini vel potuū alio
rū. Quibuſdā eni ꝯplexiōibꝫ ꝯpetūt vina foꝛtioꝛa ⁊ q̄buſdā debilioꝛa:
et q̄buſdā plus q̄buſdā vo minꝰ: ⁊ q̄buſdā groſſioꝛa ⁊ q̄buſdā ſubtilio
ꝛa. Et ſimilit̄ intelligit̄ de etatibꝫ ⁊ alijs. Hoīes igit̄ calidioꝛis ꝯplexio
nis indigēt vinis debilioꝛibꝫ ⁊ ſubtilioꝛibꝫ ⁊ indigēt maioꝛi q̄ꝫtitate.
Et hoīes frigidioꝛis ꝯplexiōis indigēt vinis foꝛtioꝛibꝫ ⁊ minoꝛis q̄ꝫti-
tatis. ¶ Ampliꝰ hn̄tes neruos debiles indigēt vinis debilibꝫ: ⁊ hn̄tes
cerebꝛꝫ foꝛte ⁊ neruos foꝛtes ſecuriꝰ pn̄t vti foꝛtioꝛibꝫ. Amplius debi-
les indigēt viniſ ⁊ potibꝫ magꝫ nutritiuis ⁊ foꝛtes minꝰ ¶ Ampliꝰ me
lancolici indigēt bonis viniſ. Tū q2 frigidi ⁊ vinū calefacit. Tū quia
triſtes ⁊ vinū letificat. Tū q2 hn̄t paucos ſpūs ⁊ eos vinuꝫ multipli-
cat. Quātitas aūt mediocris potꝰ quē hō hꝫ recipe i mēſa ad ſitim ſe-
dandū ⁊ ad cibi ꝑmixtionē eſt q̄ttuoꝛ libꝛarū minutarū: ſicut q̄dā ſa-
piens teſtat̄ ⁊ expiētia docet. Sꝫ q̄ꝫtitas potꝰ offerēdi ſicut nec alioꝝ
pōt lr̄is certꝫ ſcribi: ſꝫ ꝯiectura veritati ꝓpinq̄. Quidā eni ſūt q̄bꝫ ſuffi
cit minoꝛ q̄ꝫtitas ⁊ q̄buſdā maioꝛ: ⁊ in h̄ multū dꝫ attēdi q̄ꝫtitas cibi et
q̄litas. Nā ſm̄ aliā ⁊ aliā cibi q̄ꝫtitatē ⁊ q̄litatē diūſificabit̄ potꝰ q̄ꝫti-
tas: ſicut etiā diūſificat̄ ſitꝫ natural'. Vn̄ qui plꝰ comedūt ⁊ cibaria ma
ioꝛē eſtuationē in ſtomacho inducētia plus ſitiūt ⁊ indigēt pluri po-
tu. Et q̄ꝫto ſitꝫ ē maioꝛ ⁊ intēſioꝛ ceterꝫ paribꝫ potꝰ dꝫ eē debilioꝛ ⁊ in
q̄ꝫtitate maioꝛ ⁊ econūſo. ¶ Ampliꝰ in exhibitiōe potꝰ dꝫ multū ꝯſi-
derari q̄litas ⁊ q̄ꝫtitas ſtomachi capientꝫ. Hn̄tes eni ſtomachū ſiccū
multū ſitiūt ⁊ magnā q̄ꝫtitatē potꝰ ſuſtinē nō pn̄t. Et ꝯtrariū eſt ꝺ ha
bentibꝫ ſtomachū humiduꝫ. Nam iſti parū ſitiūt ⁊ magnā q̄ꝫtitatem
potus ſuſtinere poſſunt. Hec igitur generalia ſufficiunt de cibo ⁊ po-
tu: quia inferius de his tractabit̄ in ſpeciali.

## ¶ Capitulū. VII. De somno ꝛ vigilia.

c Onsequēs ē determiare de somno ꝛ vigilia ei ↄtraria. Naȝ re-
gule ex his sunt in regimīe sanitatꝭ plurimū necessarie. Est igi
tur diligent̄ notandū: ꝙ somni vtilitas in sanitatꝭ regimie si
debite admīstret̄ est valde magnū bonū. Est igit̄ ꝑpendere q̄to som-
no natura iuuet̄. Nam ꝑ somnū calor naturalꝭ qui opat̄ circa materiā
nutrimēti in interioꝛib ↄfortat̄ in qb viget alimēti digestio: ꝛ sic me
lior fit digestio. Amplius ꝑ somnū quiescūt oīa mēbra exterioꝛa a su-
is opatiōib. Et q̄ digestio fit in q̄ete magꝭ tūc viget digestio. ¶ Am
plius ꝑ somnū v̄tutes aīales q̄ fatigate sūt reuocillant̄ ꝛ ↄfortant̄ si q̄-
dem erāt fatigate ꝑ motū ꝑ q̄etē somni fortificant̄. Vn̄ in oī motione
corpis cū cepit q̄s dolere statim q̄scē remediū est. Non ē aūt vera re
quies nisi in somno. Nā in vigilia organa sensuū sūt in actu secundo
et sic nō pōt corp᷒ vere quiescē. Vn̄ etiā mēbra motiua nō vere quiescē
pn̄t in vigilia ꝓpt̄ colligantiā ꝛ ꝓpinq̄tatē ad organa sensuū q̄ sūt i ac-
tu secūdo: ꝓpt̄ h̄ igit̄ nō pōt esse bō diu sine somno. Si eni somn᷒ fue-
rit moderat᷒ cib digerit̄ ꝛ corp᷒ impinguat̄: dolor dissoluit̄: anim᷒ cō
fortat̄: calor naturalis augmētat̄: hūores teṗant̄: ꝛ mens clarificat̄.
¶ Ampli᷒ somn᷒ ē calefaciēs ꝛ hūectās: digestio aūt viget ꝑ calidū ꝛ
hūidū. Et sic apparet ꝙ somn᷒ bn̄ adiuuat digestionē. Et q̄ senes sūt
frigidi ꝛ sicci ꝛ male digerūt indigēt maxīe somno: quapropt̄ Galie-
nus i etate senectutꝭ ꝓuocabat somnū cū ↄmestiōe lactucarū: sȝ q̄ la
ctuce sunt frigide ipas cū aromatib cōedebat. Et sicut somn᷒ debito
mō exhibit᷒ multas hȝ vtilitates: sic ꝛ vigilia moderata ꝛ debito mō
exhibita. Nā desideriū auget ꝛ famē excitat: ptes exterioꝛes ↄfortat: ꝛ
spūs ad exterioꝛa mouet: sine qb n̄ pn̄t mēbra exercitari q̄d tn̄ exerciti
um ē multū ncc̄riū. Et sic somn᷒ ꝛ vigilia moderata sanitatē ↄꝛuant:
sic etiā si idebito mō exhibeāt̄ sanitatē corrūpūt. Vn̄ imoderat᷒ som
nus ꝑ̄pat corp᷒ ad apoplexiā epilētiā et palysim et stuporē. Et vt sit ad
vnū dicē gn̄at egritudies hūectātes et reumata et splenes et neruos la
xat et pigriciā efficit et d̄sideriū deijcit apostemata et febres freq̄nt̄ ge
nerat. ¶ Vigilia āt imoderata corp᷒ desiccat et v̄tutes aīales debili-
tat et digestionē diminuit et ꝑ̄pat corp᷒ ad egritudies ↄsūptiuas. De
vigilia āt inatali q̄ ē res ↄ naturā et d̄ somno inatali et ex qb cauꝭ pn̄t
ꝓuēire nō ē h̄ dicēdū q̄ h̄ exit regimē sanitatꝭ et igredit̄ curā egritudi
nis. Sufficit āt ad pn̄s scire ꝙ somno et vigilia i corpib sanis possu
mus vti bn̄ et male. ¶ Dicam᷒ igit̄ modū vtēdi somno. Sciēdū igit̄
ꝙ p᷒ ↄmestionē ↄpetit somn᷒ n̄ q̄dē imediate: sȝ tm̄ ē imorādū vt cib
descēdat ab orificio stomachi. Nec ē p᷒ imediate laborādū nec mente
studēdo disputādo vel legēdo vel corpe exercitādo. Hec eni impedi-
unt cibi digestionē: sed quiescēdū est: et audiēda sūt aliq̄ musicalia q̄-
bus bō nō sit multū intent᷒ vel aliq̄ historie. ¶ Qd si forsan tardetur

cibi deſcenſus ab orificio ſtomachi parū ⁊ lente eſt deābulandū quouſqʒ
ſentiat᷑ cibum deſcendiſſe ab orificio ſtomachi. Si eni quis ante de/
ſcenſum cibi a ſtomachi orificio dormire p̄ſumat: generant᷑ rugitus et
inflatiões ⁊ dolores in ventre: ⁊ etiam ſomnus laborioſior ⁊ digeſtio
corrumpit᷑. Et poſtq̄ꝫ cibus deſcēdit ⁊ fumi mulcebres ⁊ ſuaues fuerit
eleuati ad cerebꝝ inducētes ſomnū tūc nature eſt ſatis faciēdū ⁊ dor
miendū. In eſtate q̄dem in loco frigidiori non reumatico cū pedibꝫ n̄
calciatꝭ. Nam dormire pedibꝫ calciatꝭ inducit viſus debilitatē ⁊ toti
us corporis eſtuationē. Ampliꝰ oīa mēbra totius corporis debēt eſſe coo/
perta ⁊ melius q̄ꝫ in vigilia ⁊ ſpālit᷑ caput ⁊ puluinare debet eſſe altuꝫ
ne cibus regurgitet ad orificiū ſtomachi ⁊ in p̄ncipio ſomni parū dor
miendū eſt ſupra latus dextrū. Hoc eni eſt iuuās ad p̄fectū cibi deſcē
ſum ⁊ parū ad digeſtionē. Quidā tn̄ magni aſſerūt huiꝰ ꝯtrariū. Di/
cunt eni ꝙ decubitꝰ ſupra dextrū latꝰ iuuat ad digeſtionē: q2 tūc epar
ſupponit᷑ ſtomacho ſicut ignis lebeti. Hec aūt imaginatio ē falſa. Nā
epar non digerit cibū in ſtomacho calefaciēdo ad modū ignis: ſʒ am/
plectēdo cibū in ſtomacho ſicut gallina ouū. Et q2 dormiēdo ſupra ſi
niſtrū latus p̄fectius amplectit᷑: ideo p̄fectius digerit. Non igit᷑ dor/
miendū eſt ſupra dextrū niſi parū ꝓpter deſcenſum ⁊ deinde ſupra ſi/
niſtrū ꝓpter digeſtionē. Et in fine digeſtiōis dormiendū eſt aliq̄ntu/
lum ſupra dextrū vt facilius deſcēdat cibꝰ de ſtomacho ad epar: ⁊ ſup
fluitas p̄me digeſtionis liberius deſcēdat. Quātitas aūt ſomni ſicut
nec aliorꝝ non poteſt certis litteris denotari. Debet autem ſomnꝰ eſſe
tantus ꝙ p̄ma digeſtio ſit completa: ⁊ ꝙ cibus trāſierit ad epar: vbi ē
locus ſecūde digeſtiōis. Nec eſt forte malū intantū ꝓlongare ſomnū
ꝙ ſecūda digeſtio ſit cōpleta. ¶ Hoc autē tp̄s diuiſificabit᷑ ſm diuiſita
tem complexionū etatū ⁊ ſic de alijs. Nam qui ſūt calide complexio/
nis ⁊ habent digeſtiuā bonam ⁊ comedūt cibaria facilia ad digeren=
dū ⁊ non comedūt multū in q̄ꝫtitate tales cito digerūt. ¶ Vn̄ talibus
forte ſufficit ſomnus breuis puta ſex horarū vel octo ad plus. Sed il
li qui ſunt iſtis ꝯtrarij. ſ. frigide ⁊ hūide complexiōis hn̄tes digeſtiuā
debilē ⁊ comedentes multū ⁊ cibaria nō obediētia digeſtioni. Tales
vtiqʒ indigent ſomno lōgo puta decē vel duodecim horarū: nec tales
poſſunt comedere niſi ſemel in die naturali. Alij ſunt q̄ medij ſunt int̄
p̄dictos in ꝯditiōibꝫ p̄noīatis: ⁊ iſti indigent ſomno mediocri. ¶ Am
plius in hoc multū ꝯſiderare debemꝰ fatigationē virtutū aīaliū. Nā
ſm ꝙ fatigatio vel laſſatio fuerit maior ⁊ intenſior ſm hoc opꝰ eſt lon
giori ſomno ⁊ econuerſo. Et quorꝝ eſt mediocris: ſomnus debet eſſe
mediocris. Signuꝫ autem ſufficientꝭ ſomni eſt totius corporis leui/
tas ⁊ ſpecialit᷑ cerebri ⁊ palpebrarū ⁊ oculorꝝ ⁊ deſcenſus cibi a ſtoma
cho: ⁊ volūtas aſcellādi ⁊ mīgēdi. Grauitas aūt palpebrarū ⁊ cerebri ⁊
totiꝰ corporis ⁊ ſomnulētia ⁊ eructuatio ſapiēs naturaꝫ cibi p̄aſſumpti

significat somnū nō esse sufficientē. Et est diligent̄ notandū: ꝙ in q̄ti-
tate somni sicut et in alijs ꝯsiderare debem⁹ ꝭm experimentū. Experiat̄
eni homo q̄titatē somni vna die. Et sic etiā ꝯseq̄nt̄ et ꝓculdubio per-
pendat q̄tū dormire ipse debeat. Hec aūt experientia dꝫ fieri supposito
regimīe eodē et equali seu tempato in p̄dict᷑ dieb⁹. Et est diligent̄ no-
tandū: ꝙ hoīes tempati vel ꝓpe supposito regimīe eq̄li ī ceteris: tm̄ ap-
petūt somnū q̄tū oportet et est eis necessariū. Nā optima natura tm̄
appetit q̄tū est ei necessariū. Et h̄ est verū nisi ꝯsuetudo obuiet. Sꝫ in
corpib⁹ lapsis nō est ꝯfidendū in appetitu. Quidā eni pl⁹ appetūt som-
nū q̄ꝫ oportet: et quidā min⁹ sicut in exercitio supius memī me dixis-
se. In corpib⁹ igit̄ tempat᷑ vtentib⁹ regimīe tempato pōt dici ꝙ q̄ti-
tas somni est eq̄lis q̄titati vigiliarū vel ꝓpe. Ampli⁹ est sciendū de
q̄litate somni: ꝙ somn⁹ q̄to ꝓfundior tāto melior: et loquor de som-
no naturali: de somno eni innaturali vt stupore non loquor. Et no-
ta ꝙ ꝯualescētes et exercitati forti exercitio et multū comedētes dor-
miūt forti somno et ꝓfundo. Ampli⁹ est sciendū: ꝙ corpib⁹ tempa-
tis non cōpetit dormire sup ventrē ꝓpter colli tortionē et stomachi cō-
pressionē: licet in hn̄tib⁹ digestiuā debilē ꝯfert digestiōi. Amplius
sciendū ꝙ nullo mō dormiendū est supin⁹. Hoc eni p̄pat corp⁹ ad
egritudīes ꝑus noīatas puta ad incubū et apoplexiā et stuporē et si-
milia. Hec eni figura dormiēdi facit superfluitates declinare ad poste-
riora et sic retinent̄ et nō incedūt ꝑ suos cānales q̄ sunt in anteriorib⁹
et fiūt cā p̄dictarū egritudinū. Ampli⁹ sciendū: ꝙ somn⁹ naturalis
et bon⁹ ē ille q̄ die nō impedit. Nā dormire ꝺ die corp⁹ p̄pat ad ma-
las egritudīes q̄ sup⁹ dicte sūt. Nā dies ē lūiosa cū strepitu et apta ex-
ercitio ꝛ vigilie: ꝛ nox ē apta somno. Tū q꞉ frigidior: tū q꞉ obscurior:
tū q꞉ q̄escētior et q̄ ad aīaꝫ et q̄ ad corp⁹. Hoc igit̄ tp̄s ē mag᷑ aptū
ad dormiēdū et dies ad laborādū. Et iō ꝯcludit̄: ꝙ vsus noctē meli⁹
est plus recipe ꝺ cibo et sp̄alit̄ nisi noctes sint valde breues: q꞉ melior
fit digestio ī nocte rōne somni et q̄et᷑ et frigiditate aer᷑. Sed suspecti
de reumate et passiōib⁹ oculoꝝ et auriūꝫ et ceteroꝝ sensuū abstineāt a
cena. Et ē diligent̄ notādū: ꝙ ꝯpleto somno studēdū est diligent̄ emū-
dare corp⁹ a superfluitatib⁹ multiplicat᷑ nō solū ꝑ secessum et vrinā sed
etiā ꝑ alias ꝑtes tussiēdo et rascādo et nares mūdādo et caput pectinā-
do et man⁹ et faciē cū aqua tepida lauando.

## Capitulū. viii. De accidentib⁹ anime.

Sicut accidētiū aīe correctio ad p̄hm moralē ꝑtinet: vt aīa bo-
nis habitib⁹ informet̄: sic ad medicū vt corp⁹ ī debita sanitate
ꝯseruet̄: q̄t eni modis alterat̄ ex nc̄citate corpus tot sūt ꝓcura-
tionū gn̄a: et q꞉ aīe acidētia ex nc̄citate alterāt corp⁹ et eoꝝ correctio
et moderatio ad medicū ꝑtinet. Nā sic mali hoīes sc̄ maliciā ꝯplexio

nis ſeq̄ntes:ſic plerūq; eos ſequit̄ ꝯplexiōis malicia. Uñ iracūdi ex fre
quēti ira vltra modū calefiūt ꝛ ſimilit̄ ſuo mō intelligat̄ in alijs:hui⁹
modi aūt aīe accidētia q̄rū correctio q̄dāmō ꝑtinet ad medicū ſūt ira
gaudiū:timor:triſticia:tediū:ꝛ verecūdia. In ira q̄dem mouet̄ calor
et ſpūs ſubito ꝛ impetuoſe ad extra nō totalit̄ relinq̄ndo radicē ſʒ ac=
cendit̄ in radice ꝓ ꝛ poſtea mouet̄ ad extra. Sʒ in gaudio calor ꝛ ſpūſ
mouent̄ paulatim ad extra:et inſ̄dū totalit̄ radix puta cor relinquit̄ ꝺ
nudatū. Unde mulieres et debiles corde ex cōtinuo gaudio ſynco/
pizant qꝺ nō ꝯtigit ex ira. Uñ ꝯtigit hoīeʒ mori ex gaudio et nō ex ira
In timore calor et ſpūs ſubito mouet̄ ad intra et ī triſticia paulatim
ſʒ in tedio et verecūdia duob⁹ mouet̄ motib⁹:mō ad intra mō ad extra
ſicut patet in tedio qꝺ eſt triſticia de eo qꝺ futurū eſt et inducit vigili/
as: dato eī ꝙ calor moueat̄ ad intra ex eo ꝙ triſtat̄:mouet̄ tñ ad extra
ex eo ꝙ futurū eſt. Uñ triſticia tal' vigiliā inducit:ſed triſticia de eo ꝙ
iam p̄terijt inducit ſomnū:et ſimilit̄ in verecūdia ſpūs ꝓ mouet̄ ad in
tra et deinde redit rō et ꝯſiliū et dilatat̄ illud qꝺ eſt ꝯſtrictū et egredit̄
exteri⁹ et rubificat colorē. Et ſic māifeſtum eſt ꝙ aīe accidētia alterāt
corp⁹. Unde igit̄ ira calefacit corp⁹ q2 accēdit̄ calor et ſpūs in corde et
diſpergit̄ ad ſingula mēbra:et p̄cipue in hn̄tib⁹ calorē fortē et multos
ſpiritus. In hn̄tib⁹ enī calorē debilē cū iraſcūt̄ et vindictā appetūt ca
lor nō pōt cū feruore diſp̄gi ad extrema corpis et ſic remanēt exterio=
ra mēbra albeſcētia et frigida nō obſtāte ꝙ calor ſit accēſus in corde.
Unde videm⁹ multos iratos appetētes vindictā in actu ire liueſcē et
in talib⁹ nō eſt ira pfecta ſʒ ē q̄dāmō timor cū ira. Sʒ gaudiū corpus
infrigidat ꝑ viā reſolutiōis et diſtractiōis caloris et ſpūs a fonte calo
ris. Sʒ timor infrigidat ſubito ꝑ viā ſuffocatiōis. Sʒ triſticia infri
gidat paulatim et ꝑ viā deſiccatiōis et ꝯtriſis. Nō ſolū aūt p̄dicta acci
dentia aīe q̄ ſe tenēt ex ꝑte appetit⁹ iraſcibil' et ꝯcupiſcibil' alterāt cor/
pus:ſʒ etiā quedā imagīatiōes q̄ ſe tenēt ex ꝑte ꝟtut; cognitiue: ſic vi
dem⁹ māifeſte ꝙ vidē res rubeas et ipas imaginari mouet ſanguineʒ
Et ſi q̄s imaginet̄ dolorē quē patit̄ ſoci⁹ in aliq̄ mēbro:incurrit dolo/
rem. Unde imaginatio facit cauſaʒ. Imagīatiōes igit̄ imp̄mūt in res
naturales:ex his ſat; ē māifeſtū ꝙ correctio accidētium aīe ſpectat; ad
medicū. Dicam⁹ igit̄ ꝙ ira nō ꝯpetit ī ſanitat; regimīe. Ira enī ſupca
lefacit ſingula mēbra et ꝓpt̄ feruorē cordis oēs act⁹ rōnis ꝯfūdit. Igi
tur cauēde ſūt ei⁹ occaſiōes niſi q̄tū rō p̄cipit adūſus illicita: iuxta il
lud. Iraſcimi et nolite peccare. Nā in licit; et honeſt; iraſci ē ꝯueniēs
inſ̄dū q̄uis nō ꝯuenit ī ſanitat; regimīe. Et ē diligent̄ notādū:ꝙ q̄dā
ſūt frigidi et maleficiati q̄b⁹ inſ̄dū iraſci ꝓdeſt ī regie ſanitat;. ¶ Am=
pli⁹ dico ꝙ triſticia nō ꝯpetit ī ſanitat; regimīe. Nā corrūpit naturaʒ
hn̄t;:infrigidat enī et deſiccat et ꝓprie maciē et extenuationē inducit:
cor ꝯſtringit et ſpm̄ obtenebrat:et ingeniū hebetat et rōnē impedit iu
diciū obſcurat:memoriā obtūdit. Iō vitāda ſūt eius obiecta:niſi q̄a

tū ratio ſuadet ad deteſtationē vitiorum ad mentis pulchritudinē refor-
mandā. Et eſt diligenter notandū q quidam ſunt quorum ſpūs ſunt adeo
mobiles et calidi: et ſunt adeo pingues et carnoſi q eis interdū eſt bonū
triſtari vt ſpūs calor hebetetur et corpus aliqualiter maceretur. ¶ De gaudio au-
tem et mentis trāquillitate ſciendū q gaudiū temperatū cōpetit in regi-
mine ſanitatis: ex eo q eſt vnū de confortantibus virtutē: virtus enim confor-
tatur trāquillitate et gaudio: ſed gaudiū nō debet eſſe exceſſiuū quia indu-
cit ſyncopim et mortē: et maxime gaudiū competit his qui multū curāt et
ſolicitudinibus deſtruuntur et crebro pungunter. Et ſimiliter his qui ſūt in gau-
dio continuo et īmoderato interdū triſtari conuenit. Sed omnimode horum
accidentiū ſuperfluitas omnis eſt euitāda. Et ſicut ē dictum de accidētibus
anime tenentibus ſe ex parte appetitus. Ita ſuo modo pōt intelligi de affectio-
nibus animalibus tenentibus ſe ex parte appetitus imaginatiui. Non enim eſt
conueniens in ſanitatis regimine vt aliquis imaginetur nimis intenſe. Nā
ex tali imaginatiōe mouetur ſpiritus motu inordinato et relinquit locū di-
geſtiōis et impeditur ſomnus. Et hec breuia ſufficiāt de accidētibus aīe dicta.

## ¶ Capitulū. ix. De temporibus anni.

Ad ſanitatis regimen perfectū: oportet conſiderare diuerſitatē tem-
porum anni. Vnde in hoc eſt aliquid dandū tempori ſicut etati et complexio-
ni. Non idē enim regimē debet eſſe totaliter in diuerſis āni temporibus:
ſi quidem corpora humana diuerſimode hn̄t ſe in diuerſis temporibus et ſecundum diuerſi-
tatē complexiōis corporum attenditur diuerſitas regiminis: propter quod ſciendum
q ſunt quattuor tempora āni: puta ver: eſtas: autūnus et hyems. Hec aūt qua-
tuor anni tempora ſecundum aſtrologos ſunt ſecundum mutatiōes ſolis in vnaquaque cir-
culi ſignorum quarta incipiētis a pūcto vernali et eſt primus gradus arietis et huius ini-
tium eſt tredecima die marcij vel circa. Et quodlibet horum temporum ſecundum
aſtronomos durat per tres menſes et tria ſigna: et quia ſunt duodecim men-
ſes et duodecim ſigna cuilibet temporis correſpondent tres mēſes et tria ſigna.
¶ Durabit igitur primū tempus puta veris a tredecima marcij vſque ad trede-
cimū iunij: et a principio arietis vſque ad finē geminorum et ſic conſequenter: et ſecundum hoc
oīa āni tempora ſunt equalia vel prope. Medicus aūt in temporum diſtinctiōe nō conſiderat
motū ſolis in circulo ſignorū qui zodiacus noīatur. Sed conſiderat alteratione in
corporibus nr̄is contingētē ex temporibus: et quia per experiētiā videmus aliquā partem āni
calidiorē et aliquā frigidiorē: ideo coactus ē medicus ponē diſtinctionē in tē-
poribus āni. Illud ergo tempus āni in quo ē maior tēperies in actiuis qualitatibus et
paſſiuis vocatur ver: et quia talis tēperies nō durat per tres mēſes ſed minus. Jdo
ver ſecundum medicos ē minoris ſpacij quam ſecundum aſtronomos. Hoc aūt tempus ſecundum medicos
ſecundum diuerſitatē regionū et ānorum interdū incipit citius et interdū tardius et inter-
dū plus durat et aliquā minus: et interdū incipit antequam ingrediatur primū initiū
arietis: hoc aūt tempus ē tempus florum et initiū pomorum. Deinde ſequitur eſtas et eſt
tempus calidum et ſiccum. Hoc quidem tempus cōmuniter eſt multo ma-
ius vere ſed in quibuſdam regionibus plus durat et in quibuſdam

minus. Et ſimilit etiam in qbuſdā annoꝝ reuolutiōib ⁊ ſimilit etiā
in qbuſdā regiōib citi⁹ incipit ⁊ in qbuſdā tardi⁹. ¶ Deide ſequit au
tumn⁹ qḋ eſt tꝑs recte oppoſitū veri eiuſdē q̄titatis vel ꝓpe cū eo ⁊ ē
tempus ſatis tempatū in actiuis ⁊ multū declinās ad ſiccitatē ſicut
eſtas ꝑcedēs ⁊ habet magnā diūſitatē in horis. Vn̄ dies multū eſt ca-
lida ⁊ nox frigida: ꝓpt enī eius ſubtilitatē ⁊ ſiccitatē facile recipit im-
preſſionē caloris in die ⁊ frigiditatꝫ in nocte. ¶ Vn̄ multū diſtāt no-
ctes a dieb in calido ⁊ frigido: qḋ tn̄ nō contingit in vere q: aer nō eſt
ita ſubtilis ⁊ ſiccus ⁊ nō eſt adeo paſſibilis nec tantā recipiēs impreſ-
ſionē. Videm⁹ enī q aq̄ calida rōne ſubtilitatꝫ ⁊ paſſibilitatꝫ citi⁹ cō-
gelat q̄ꝫ frigida vel tepida: ⁊ ſimilit intelligat de autūno reſpectu verꝫ.
Hoc aūt tꝑs eſt tꝑs mutatiōis coloris folioꝝ ⁊ ꝑncipiū caſus eorū.
¶ Et deide ſequit hyems: ⁊ ē tꝑs frigidū ⁊ hūidū cui⁹ initiuꝫ eſt finis
autūni, puta cū folia ab arborib ceciderūt: ⁊ ei⁹ finis eſt ꝑncipiū veris
puta cū arbores incipiūt florere ⁊ aues cantare: ⁊ breuit cū oīa incipi
unt pullulare. Finis aūt verꝫ eſt eſtatꝫ initiū cū fructus ⁊ ſpālit poma
incipiūt apparere ⁊ herbe ſemē ꝓducē. Vn̄ ſciendū q tūc eſt tꝑs veris
cū flores ſint in ꝑncipio augmēto ⁊ ſtatu: ſꝫ cū flores declināt ⁊ fruct⁹
ſūt in ꝑncipio augmēto ⁊ eſtatu ē tꝑs eſtatꝫ. Et cū herbe declināt ad
ſemia ⁊ ſemia ſunt in ꝑncipio augmēto ⁊ ſtatu eſt tꝑs autūni: ⁊ cū ſe-
mina declināt ⁊ radices ſūt in ꝑncipio augmēto ⁊ ſtatu tūc ē tꝑs hye-
mis: ⁊ q: virt⁹ citi⁹ deficit in florib ⁊ ſemib q̄ꝫ in herbis ⁊ radicib: iō
ver ⁊ autūn⁹ ſunt breuiora tꝑa q̄ꝫ hyems ⁊ eſtas. ¶ Vn̄ ſcḋm medicos n̄
multū approbo dictum illoꝝ q ponūt dictoꝝ tempoꝝ certa ꝑncipia ⁊
determiatos fines puta feſtū clemētꝫ eē ꝑncipiū hyemis ⁊c̄. ¶ Sꝫ cir-
ca dicta eſt vnū dubiū valde magnū. Nā qua rōne ver ponit tempera-
tū in paſſiuis q̄litatib puta in hūido ⁊ ſicco ⁊ in actiuis. ſ. calido ⁊ fri-
gido ſic videt q autūn⁹ debet eſſe tempat⁹ in paſſiuis ſicut ponit tem-
perat⁹ ī actiuis ⁊ ſpālit q: ſolis aſpectus eſt idē in vere ⁊ autūno ⁊ idē
aſpect⁹ videt eē cauſa eiuſdē ꝯplexiōis. Et ꝯfirmat: nā illa q ſūt eiuſdē
ꝯplexiōis in actiuis debēt eſſe eiuſdē ꝯplexiōis in paſſiuis: q: mēſure
q̄litatū actiuarū vident ꝓportionari mēſurꝫ q̄litatū paſſiuarū. Unde
ſi ver ⁊ autūn⁹ ſunt eiuſdē ꝯplexiōis in actiuis rōnabile ē q ſūt eiuſ-
dem in paſſiuis. Dicat ad hoc breuit q nō eſt ſimile de vere ſequēte hye-
mem ⁊ autumno ſequente eſtatem. Nam caliditas ſuperueniēs hye-
mi potentior eſt in deſiccando et in tempando humiditatem q̄ꝫ frigi-
ditas ſuperueniēs eſtati in humefaciendo. Videmus enim q pann⁹
line⁹ hūidus in aere calido citi⁹ deſiccat q̄ꝫ pann⁹ ſiccus humectatur
in aere frigido. ¶ Amplius ſiccitas autumni nō eſt qualitas pure po-
ſitiua ſed dicit priuationem humiditatis vaporoſe diſperſe in aere.
Modo conſtat q facilius deuenitur ab habitu in priuationē quam
a priuatione in habitum: et ideo facilius obtempat humiditas hye-

mis q̄ȝ ſiccitas eſtatis: ſed qꝛ iſta materia de qua hic loquoꝛ eſt extra
regimen ſanitatis: ideo tranſeo de illa. Sufficit eīm ad preſens ſcire
que ſunt anni tēpoꝛa et coꝝ̄ diſtinctiones quantū ſpectat ad medi-
cum. Modo reſtat dicere quid eſt ꝓpꝛiū ſingulis tēpoꝛibꝫ de regimi-
ne ſanitatis incipiētes a vere. ¶ Dicamꝰ ꝙ ver aſſimilat̄ moꝛboſo re-
pletione. Unde iſto tēpoꝛe coꝛpa maxime ſunt repleta. Et ex iſto ꝯclu-
ditur ꝙ illud tēpus eſt magis minutioni aptū ꝛ purgationi aliquo tē-
poꝛe alio et hoc eſt ei ꝓpꝛiū: ꝛ ſpecialit̄ qꝛ tēpꝰ eſt tēperatū: et tales eua-
cuationes fieri debēt in tēpoꝛe tēperato. Amplius qꝛ in hoc tēpoꝛe cō
mouent̄ humoꝛes: ſuſpecti igit̄ de egritudinibꝫ repletionabilibꝫ fleu-
bothoment̄ et purgent̄ in vere: et ꝓpter eandē rationē in eodē tēpoꝛe
vomitus ꝓuocet̄. Et qꝛ in hoc tēpoꝛe coꝛpa ſunt calidioꝛa ꝛ humidi-
oꝛa q̄ȝ opoꝛteat: et tēpus etiā declinat ad calidū ꝛ hūidū reſpectu ali-
oꝛum tēpoꝝ nō eſt vtendū rebꝫ multū calefacientibꝫ ex carnibꝫ et po-
tibus: vnde eſt ſubtiliandū regimen: coꝛpoꝛa eīm plena non indigent
multo cibo ꝛ potu. Et debet eſſe exercitiū iſtius tp̄is minus exercitio
eſtatis: ꝛ minus exercitio hyemis. Amplꝰ qꝛ hoc tp̄e caloꝛ incipit in-
ualeſcere et ſanguis ꝛ ſpūs ꝑ coꝛpꝰ cōmoueri: bonū eſt abſtinere a ca-
lidis et a ſalſis et acutis. Et bonuȝ eſt ſumere in potu ſyrupos extin-
guentes inflāmationē: puta ſyrupū nenufarinū violarū roſarū oxiza
cram ꝛ ſimilia. Et eſt diligent̄ notādū ꝙ ſuppoſito ꝙ coꝛpus ſit ſanuȝ
et ex tp̄e ꝑcedente nō ſit in coꝛpe repletio derelicta. Tunc dico ꝙ iſto
tēpoꝛe poteſt multū dari de cibo: ꝛ cibaria groſſioꝛa q̄ȝ in eſtate: ꝛ plꝰ
q̄ȝ in autūno et minꝰ q̄ȝ in hyeme ꝛ minus groſſa. Nam iſto tempoꝛe
virtus eſt foꝛtis et caloꝛ innatꝰ et adhuc a coꝛpibꝫ multa reſolutio fit
a caloꝛe īnato: et ex foꝛtitudine caloꝛis ꝛ obediētia coꝛpis rōne humi-
ditatis: ſed quia cōmunit̄ hoc tp̄e coꝛpa ſunt plena: ꝛ habēt virtutes
foꝛtes. Bonū eſt parū comedere ꝛ longis interuallis. Unde mihi ap
paret ꝙ eccleſia bene oꝛdinauit ieiuniuȝ in iſto tp̄e: nō tamē eſt ratio-
